



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helgestadi[i], 1671

Cap. XIX. De Polycarpo insigni martyre.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

CAP. XIX.

De Polycarpo insigni martyre.

Eo tempore Polycarpus ordinatus & eruditus ab Apostolis, Smyrnæorum Episcopus, longæva & innocenti vita venerabilis, pergît Romam, & corruptos per *Valentinianum* & *Cerdonem* ab hæretica labe castigat. Traditur eleganter narrasse de Ioanne Apostolo, quod cum apud Ephesum, lavandi gratia, balneum esset ingressus, & vidisset ibi Cerinthum; exiverit continuo non locutus, dicens: *fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corrumpant, in quibus lavatur Cerinthus, veritatis inimicus.* Extant hujus præclara quædam opuscula, & Epistola ejus ad Philippenses, prævalida continens fidei monita & salutis. Hic autem post Antoninum *Pium*, imperante *Marco Aurelio Vero*, & *Antonino* filio ejus, cum *Lucio* fratre, vitam finivit martyrio.

CAP. XX.

Passio Polycarpi, discipuli Ioannis Evangelistæ.

Dignus est autem hic perpetua ecclesiæ commemoratione donari, celeberrima passione resolutus; quem in hoc nostro compendio, licet curtatis sermonibus, ob insigne ejus meritum, ob ipsius patrocinii suffragium, curavimus annotare. Hic ergo ante triduum, quam comprehenderetur, videt nocturna visione capitis sui cervical igne consumi, evigilansque fratribus sic interpretatur visionem, *se pro Christo esse arsurum.* Nec multo post insiliunt ejus com-

F

pre-